



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1842

VI. Markgraf Ludwig ertheilt dem Pfarrer zu Prizwalk, seinem Hofcaplan, einen dreijährigen Urlaub, um Philosophie zu studiren, im J. 1343.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54306](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54306)

sine diminucione soluere teneantur et valeant erogare. In cuius etc. Datum kyritz, anno dni. M^o CCC^o XXXIX^o.

Nach dem Leipziger Copialbuche der Vogtei Havelberg Bl. 13 b. Nr. XXX. (Nach der Reihenfolge, worin diese Urkunde in dem sonst meistens chronologisch geordneten Copialbuche steht, muß das Jahr ihrer Ausstellung 1339 seyn. Die Jahreszahl steht eher wie XXXIV. als XXXIX. aus.)

VI. Markgraf Ludwig ertheilt dem Pfarrer zu Prizwalk, seinem Hofcaplan, einen dreijährigen Urlaub, um Philosophie zu studiren, im J. 1343.

Ludovicus etc. Supplicauit et supplicari nobis procurauit honestus & discretus vir magister Guntherus rector ecclesie parochialis ecclesie ciuitatis nostre prizwalk, familiaris noster nobis sincere dilectus, disciplinis scolasticis volens inui, ut sibi abessendi per triennium a predicta ecclesia elargiri licentiam dignaremur, cuius quidem meritorum suorum bene expertorum consideratione fauorabiliter animus et presentibus duximus annuendum, dantes & conferentes sibi iuxta vota sua, sic quod ipso durante trium annorum tempore, dummodo in studio fuerit, et quod eidem ecclesie de debito & competentem rectore per ipsum prouisum fuerit, licentiam benignius abessendi. Volentes medio tempore ad eandem ecclesiam locatum uel sui nomine locandum fouere et per nostros tueri efficere ac si resideret personaliter in eadem. In cuius etc. Testes Guntherus comes de Swarzborg, comes de Lyndow etc. Datum wusterhufen anno M. CCC^o XLIII^o quarta feria post diem sancti uiti.

Nach dem Leipziger Copialbuch der Vogtei Havelberg Bl. 15 b. Nr. XXXXI.

VII. Markgraf Ludwig verzeignet einem Altar der h. Jungfrau Maria in der Pfarrkirche zu Prizwalk gewisse Mühlenpächte daselbst, im J. 1344.

Nouerint etc. quod nos Ludovicus etc. diuine remunerationis intuitu auctionique cultus diuini cui desiderius insistere nitimur, ob perhennem magnificorum principum marchionum brandenburgensium predecessorum nostrorum bone recordationis, nostri, heredum et successorum nostrorum memoriam, appropriauimus & appropriare decreuimus altari beate virginis marie in ecclesia parochiali ciuitatis nostre prizwalk siti, per discretum virum nycolaum seniorem de walstobe heredesque suos dotati seu fundati, VIII libr. cum dimidia denariorum brandenburgensium annue solutionis ex molendino intra muros predictae ciuitatis sito, in molendino vulgariter lanc brugge mel nominato, in peper mel et in molendino vulgariter plaumans mel dicto, cum singulis et vniuersis ad premissos redditus pertinencis debite pertinentibus, perpetuis temporibus sine inquietatione qualibet pertinendas. Renunciantes etc. Transferentes presentationem altaris prenotati sic, quod ad ipsum altare vacationis sue tempore sine nostra contradicione personam sibi competentem poterit presentare. In cuius Testes . . . deke, buch mager, helbe magister coquine, wedel senior. Datum anno ut supra feria V^a ante purificationem beate marie virginis.

Nach dem Leipziger Copialbuch Bl. 18 b. Nr. LI.